

XXIIII

E contrario si pluralis numerus colligatur singulari, multam interdum sublimitatis speciem habet. Ita Demosthenes, *Postea*, inquit, *omnis Peloponnesus dissidebat*: et Herodotus: *Atque etiam Phrynicho fabulam docente, cui nomen erat Mileti expugnatio, lacrimare coepit theatrum*. Dispersa enim in vnum numerum colligere, magis ad corporis speciem accedit. Vtriusque autem generis ornatus eandem causam habere videtur. Cum enim singulare est nomen, mutatio eius in pluralem animum inopinato commotum indicat: cum vero plurale est, propter rerum mutationem in contrarium inexpectatum videtur, plura coaceruare in vnum cum soni dignitate.

XXV

b) Ita Par. Ambr. T. H. idque iam Faber docuerat reponendum esse. *εὐπαθῆς* ceteri. Male.

c) ὅπως τε ὁπότε Ambr. ed. pr. Sed ὁπότε est explicatio alterius illius, ὅπως τε.

τὸ πολλὰ ποιεῖν, in pluralem mutare. Haec ipsa verba apud Aristot. rhet. 3, p 238, v 26 leguntur.

παρὰ δόξαν ἐμπαθῆς. Vertit Pearceius: *Eius est, qui praeter expectationem afficitur*. Sed ille genitiuus ἐμπαθῆς molestus est: itaque legerim ἐμπαθῆς, vt 27, 3, τὸ πολυπρόσωπον ἐμπαθῆς.

συγκορυφῆν. Dixerat Homerus Il. δ, 426, κῦμα κορυφῆσθαι, *attolli vt fastigium*. Erat proinde συγκορυφῆν, coniungere multa in fastigii altitudinem, e quo Longinus seruauit, *accumulare, coaceruare*.

ἐν τῷ παραλόγῳ, i. e. παράλογόν ἐστι.

K